Et cuius quidem Formose Ulmi sedem illustrabimus mira quadam comemoratione Cap. 45 huius libri, non pretereunt tamen, quod et permutationis instrumentum illud, et tabella publica Leonis ³⁸ Episcopi Ferrarie cum Martino Mantuane Ecclesie Presule de Valle Arcule in Bondeni finibus posita, et Ulmum ipsum non neglexit inquiens: Ab uno latere fossatum qui est finis inter Longobardiam, et Romaniam, prope Ulmum, que vocatur Formosa. Accedente in favorem sententie huius argumentatione manifesta ex verbis Titi Livii...

Messi insieme dunque Polibio, Strabone, e Plinio recupera il nome antico del Po, e la sua etimologia, ed il primo insediamento: Cap. VI

Quid de Padi flumine scripserit Polybius, quem Strabo sequitur, supra anotavimus, et quid Plinius lib. 3[,122] iam dicte sue *Naturalis Historie* dixerit iuvat nos hic interserere: Padus e gremio Vesuli montis [...] Padum hoc nomen accepisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bondincum vocari, quod significat fundo carentem, cui argumento adest opidum iuxta Industria antiquo nomine Bondincomagnum, ubi precipua altitudo inceptit.

La discussione sulle origini e sul sito si chiude, per il periodo che ci interessa con Leandro Alberti, che si avvale di Strabone, Plinio, Livio, Paolo Diacono, Sigeberto, Biondo (e meravigliandosi che Tolomeo non ne parli). Accenna infine al parere di Bernardino Corio e del Merula, per concludere che l'opinione del Biondo, secondo cui Bondeno, «castello soggetto a i Signori di Ferrara», è situato là dov'era il Bondicomago di Plinio, in ligustico Bondinco, che significa «quasi senza fondo», è errata, perché la massima «profondità» del Po non è a Bondeno, ma più sotto, alla prima diramazione

Prisciani «Annali della Facoltà di Lettere e Filosofia» dell'Università di Potenza 1989-91 [1992] 53-62, ed in *La storiografia umanistica* Messina, Sicania 1992 [1994] 253-65; M. CALZOLARI *La città di Ansa La Regina: alle origini di una leggenda*, in *Un mito e un territorio. Ansalaregina e l'alto Ferrarese nel Medioevo* a c. di S. GELICHI, Firenze, All'insegna del giglio 1992 97-122, e bibliografia ivi citata. Riproduco qui sottolineato quello che sottolineato si trova nel testo del Prisciani; il corsivo invece è mio, ad evidenziare i titoli delle opere via via citate.

³⁵ Cf. *supra* 000.

³⁶ Ancora più avanti: Cap. XVI: «Ligurum autem lingua Bondencum appellarunt».

³⁷ BENATI 295.

³⁸ Non «Landolfo», come in FERRARESI 141.

del fiume nei due rami di Francolino e di Ferrara. Se poi si osserva che al tempo di Plinio il ramo di Francolino non esisteva, con maggior ragione risulta l'inganno del Biondo, visto che la maggiore «profondità» del fiume si sarebbe dovuta avere ancora più oltre, a Ferrara, là dove cominciava a dividersi ³⁹. I debiti nei confronti del Prisciano sono evidentissimi, e già sono stati notati ⁴⁰.

La storia idrografica

Non è tuttavia possibile comprendere a fondo la situazione di Bondeno senza delinearne il territorio circostante, al tempo medesimo ragione ed effetto della sua esistenza. Sotto questo rispetto unico rimane il Prisciano ad indagare con metodo e puntiglio la storia delle vicende del fittissimo reticolo di fiumi e canali del territorio. Il quadro dettagliatissimo della situazione idrografica da lui fornito rende conto, per quanto se ne può sapere, anche dell'intreccio delle passate denominazioni dei diversi corsi d'acqua, che è poi storia della varia documentazione, del Lavinio, Samoggia, Formigine, Scoltenna, Panaro, Reno, le fosse Burana Nuova e Fistorena, la Valle Arcula:

Post Sermidi oppidum decurrens Padus Stellate vicum arcem percutit, unde ferrea cathena in alteram trahitur e regione Pado oppositam arcem, quibus presidiiis patria nostra integri Padi, et utriusque eius ripe claustra communiit, et defensat. Ad Bondenum deinde vetustissimum agri nostri opidum Bondecomagnum prius a Gallis ipsis dictum, ut iam manifestavimus, descendit, quo in loco, in eum se exonerat Scultena fluvius, auctus iam Lavinio, et Samogia ⁴¹, et recepto prius apud Bonportum Formigine torrente, qui Mutinam attingit, ubi et Scultena deposito nomine in Panarium transit, amplexus etiam ad Bondeni muros Burane nove foveam; sed novum hoc ostium sibi usurpavit Scultena, cum primo Rheno iunctus fluvius ipse, per Fistorenas foveam, ut in Paduse cap. demonstrabimus, Paludem eam intraret. Et hoc loco nos iuvat antequam ulterius procedamus, declarare Bondenum a Sermido separari valle Arcula, et ab antiquis, et a nobis in presentiarum sic dicta, iuris Bondeni, in cuius parte superiori, Sermidi autem inferiori, in Padi ripa mirabilis illa plantata fuit Ulmus, que adeo spetiosa Romandiole terminosque Lombardie potuit firmare, ut aliquid supra tetigimus, et in sermone firmium nostrorum plene dicemus. Unde apparet Blundum male dixisse ⁴², cum ad Scultene exitum in Padum apud Bondenum devenit in principio Regionis Lombardie sue inquit: Sunt Lombardie fines Scultena, et Padus, Apeninus, et Alpes citra Padum. Accedente maxime, ut infra dicemus, quod prioribus annis Scultena, et Rhenus in Padusam descendebant prius quam agros Bondeni attingerent. Relicto Bondeni opido descendit Padus ad Vicum Varianum vetusti nominis locum, de quo in *Itinerario* M. Antonini iam dicto meminit, et nos in cap. illius proprio nonnulla scribemus, et is locus est medius Ferrariam inter et Bondenum 6000 pasuum ab utroque distans.

Acenna quindi (Cap. XI) alla Padusa, immenso lago, infinita successione di paludi e peschiere, la cui ampiezza è di circa 60000 passi, che va da Bondeno e la perduta città di Ansalaregina a Sant'Alberto, variamente largo, comunque compreso tra le vie Emilia e Flaminia, Argenta, Nonantola ed il territorio di Bondeno. Apre quindi una polemica nei riguardi del Biondo, che incorre in diverse contraddizioni, fra l'altro attribuendo la fondazione di Nonantola alla Contessa Matilde, mentre è chiaro a tutti che le cose stanno diversamente:

Anselmum ducem, et Astulphum Longobardorum regum, Anselmiquae sororem prius maximi fabricis, opibus, et donis fundasse ostendemus, anno ante Mathildis nativitatem CCLXXXV in

³⁹ L. ALBERTI *Descrittione di tutta l'Italia et Isole pertinenti ad essa Venezia*, Leni 1577 376 ss.

⁴⁰ CALZOLARI 111 SS.

⁴¹ Qui riprende il Biondo (cf. BENATI 290), che subito dopo però confuta.

⁴² Motivo ricorrente: cf. ZANELLA *Le "Historie Ferrarienses"*...

quo monasterio Anselmus dux relicto seculo, et pompis eius vitam duxit, et CC monacis pater optimus extitit ⁴³, quo in loco privilegium etiam ipsius Astulphi interseremus.

E continua sfoderando di seguito a conferma abbondanti citazioni di privilegi imperiali, di Ottone I, di Lotario, che mostrano chiaramente come anticamente la Padusa toccasse anche Nonantola. Mette in campo, ripetendo Riccobaldo, ma con diversa finalità, l'*Itinerarium Antonini* ⁴⁴, che

militibus Romanis accessum ex Aniano ad Vicum Varianum, et ob eo Sermidum, inde Mutinam, deinde Bononiam dessignavit; argumentum illud optime nobis militans contra Blondum....

E Strabone:

Similiter Paduse locus ipse fuit, qui Anibali Thusciam intranti prebuit difficultates, ut etiam meminit Strabo lib. 15 inquiens: Sed Ravennam per Padum navigatio est duorum dierum, noctiumque totidem. Magna intra Padum pars paludibus obtinebatur, per quas Anibali magnis difficultatibus iter fuit in Thusciam; sed Scaurus deductis fossis usque in agrum Parmense navigationi commodis paludes ipsas exsicavit.

Ed ancora altri, Giuseppe Flavio, Iacobo da Varagine... Più oltre seguendo sempre il Po, si occupa ancora largamente del Bondenese: Cap. XV:

Et Burana ipsa Bondeno fluvio prius ex se iam demisso inter Quartellarum, et Stellate vicos in Padum sese Burana recipiebat, unde et Burane et Bondeni communi nomine a dimissura in Padum usque fluvium ipsum nominarunt antiqui, ut in eorum capitulo clarissime aperiemus. Et pro Pado ipso Larionis novum quodam, et satis notabile argumentum adducemus, ubi Arculam vallem describemus [...] Et extant privilegia etiam Regensis ecclesie imperialia, in quibus, et manifeste demonstratur, fluvium Burane et Bondeni eundem fuisse, et esse, ut in sermonibus sui particularibus docebimus.

Il Cap. XXXII è dedicato alla problematica Ansalaregina, di cui tranquillamente ammette di non sapere assolutamente nulla, tranne che il ricordo presso gli abitanti della regione è ancora vivo, e che lo si trova citato in un documento del 1222 ⁴⁵:

Nunquam tamen ita ⁴⁶ audacter scripsissemus de Ansalaregina civitate, nisi post illam famam diebus nostris etiam satis atque satis ⁴⁷ apud accolos regionis illius resonantem aliud invenissemus. Nam sicuti et fama ipsa antiqui etiam, et viventes plerique affirmant civitatem ipsam collocatam fuisse in Bondeni agri finibus superioribus, et Casumarii, ubi nunc, in illius memoriam, dicunt Civitatis buccam, nam civitatis portam illam fuisse asserunt, et fundamenta multa, et magna, murorumque ⁴⁸ ruinae ⁴⁹ testimonium quoddam verum adhibent. Ita et nos

⁴³ Qui riprende il *Pomerium* riccobaldiano, lib. IV cap. 66 (mi avvalgo della ed. che vado allestendo): «Hoc tempore Anselmus dux frater uxoris regis Astulfi, relicto seculo et pompis eius, agro Mutinensi Nonantulanum construxit monasterium et ecclesiam ibi dedicavit ad honorem Omnium Apostolorum. Id monasterium ex suis ditavit opibus et ex aliis acquisivit, in quo monasterio CC monachis pater fuit...».

⁴⁴ RICCOBALDO DA FERRARA *Chronica parva Ferrariensis* ed. G. ZANELLA, Ferrara 1983 (Dep. Ferr. di st. pat., Monumenti 9) 165-83.

⁴⁵ Il brano che segue è stato edito recentemente da CALZOLARI 107.

⁴⁶ ita *om.* Calzolari.

⁴⁷ satis *om.* Calzolari.

⁴⁸ murorum Calzolari.

ulterius perquirentes ⁵⁰ reperimus descriptionem quandam publicam, et autenticam finium Mutinensis territorii anno salutis nostre millesimo ducesimo vigesimo secundo, inditione X, die XV exeunte mense iulii ordinatam, in qua circa medium sic an<n>otarunt ⁵¹: Eodem die illi homines de Finali addiderunt terre Bononiensium propter curtem Tresentulam, a robore Sancti Henrigi, vadit ad Palazolium, a Palazolo vadit ad civitatem Ansalarigine, a civitate predicta vadit ad Florianam, et postea vadit ad Palatam. Sed qualis quantaque hec civitas fuerit, quodve genus hominum eam coluerit, et ipsi nos omnino ignoramus.

In realtà tutto il primo libro sposa mirabilmente geografia e storia, conoscenza diretta dei luoghi, e delle tradizioni locali, e riscontri documentari. L'eccezionale testimonianza del grande storico ferrarese non è stata ancora, ci pare, adeguatamente sfruttata, in particolare dai geografi, più inclini, per ragioni che diremmo "professionali", alla deduzione "oggettiva" quale si ricava dall'esame del terreno che alla riflessione sui contributi dei cronisti ⁵². Si consideri, ad esempio, questo brano del cap. XXXVI:

Gavelli canalis cum satis sit nota haud longam sibi petit descriptionem, et ea est, quam scindit Scilla fluvius supra Concordiam ad passus fere D, et que descendens per Quarantullarum antiquissimum vicum, et Montem, altero in sinistram ramo emmisso, quem Donegatorum canalem dicunt, ipsa sese defferebat ad Sancti Martini locum, et preterita Beate Marie ecclesia, quam nunc de Bagnaturo appellant, ad alterius Sancte Marie, in presentiarum de Bassano cognominate, ad dirrupta fundamenta descendebat, et preterlabens Sancte Blance edem, ut credimus, Muclenam tandem ingrediebatur. Donegatorum autem canalis emmissus a Gavello ut prediximus descendens, et Bonazzolle ville domos dividens, emissisque ex se Capraria, Redundella, et Redena fossis in Burane Nove alveum Bondenum oppidum prope defferebatur. Et Nove Burane diximus, quia demonstrabimus Buranam veram et antiquam hanc non esse.

Ancora più degna di riflessione è la descrizione dei canali Bondeno e Burana che si trova nel cap. XXXVII:

Nec tempus omnium edax rerum, nec tot Padi fluminis sciscure, et aggerum rupte, ut Mantuani forte voluissent, abolere sic potuerunt alveos Burane, et Bondeni fluminum, quin et hoc etiam ipsi tempore satis sese conspicientibus demonstrant, ut nos clarissime possimus eos describere. Nam in hoc pulvere nos inuit equos nostros; in hiis etenim sudare duobus fluminibus maxima rerum nostrarum ex finium cum Mantuanis ipsis vis consistit; et quanquam Scilla fluvius novo iam hoc cursu suo dictorum fluminum alveo scindens eorum aquas in Padum secum duxerit, et deferat, adhuc non potuit priores fundos, et vestigia illorum antiqua et vera obruere et delere, ac ab oculis nostris deducere, et que ultra Scillam ipsam, et que citra. Quamobrem, superioribus omissis nobis minime necessariis, inferiores illorum partes tantum, et quidem clare demonstrabimus. Buranam igitur scindit fluvius Scilla sub Concordie territorio, ubi Cupinorum fornax dicitur, passuum MMM ab illius arce distans, e qua fornace descendentes, et domos Cupinorum ipsorum prope delapsa, et signanter dosii, tramii, sediisque villis preteritis in sinistram milliaria duo Bondenum fluvium ingrediebatur. Nam scissus ipse Bondeni fluvii alveus a iam dicto Scilla in Bondanelli

49 «Di questa parola si è corretta la desinenza "ae" in "a"» (!) Calzolari.

50 inquirentes Calzolari.

51 annotaverunt Calzolari.

52 S. CREMONINI *Specificità dell'Alto Ferrarese nella problematica evolutiva dell'antica idrografia padana inferiore*, in *Bondeno e il suo territorio...* 17-24; R. FERRI *Geomorfologia ed evoluzione idrografica del territorio comunale di Bondeno attraverso lo studio delle fotografie aeree* ibid. 25-43; A. VINCENZI *Ricostruzione della morfologia della superficie di età romana nel territorio tra Sermide, Bondeno e Porotto: approccio metodologico al problema* ibid. 45-59.

vico passibus MMMM, et D Cupinorum fornace distante, et Bolognese, Portizolique ac Cantoni aggeris percurrentis Buranam ipsam sic accipiebat, coniunctique descendebat milliaribus VIII; ubi recepto Spini canale, et Gurionis post eum in sinistram, ut supra diximus, in Padi partem tandem supra Stellate vicum, et arcem, ubi Mantuani aggeris nunc cernimus reliquias se deferebat. Et quoniam sic compressi descendebat pro uno et eodem fluvio habitis, nunc Burana, et modo Bondenus appellati fuerunt. Et nobis in hoc testis erit Federicus imperator in predicto privilegio suo ecclesie Regiensi concesso, in quo maiestas sua sic inquit: Ad septentrionalem plagam per paludes civitatis Nove usque stratam, ac deinde Aquam Longam, usque dum venit Buranam sive Bondenum. Sic enim etiam appellarunt antiqui Philistinam, et Tartarum fluvios, post quam in vico Cassellarum complexi in mare simul descenderunt, ut notavit Plinius libro suo *Naturalis Historie* primo inquit: Portum faciens Philistina, quem alii Tartarum appellant, et nos etiam supra meminimus in eorum propriis capitibus. Et descriptionem hanc nostram Burane annotarunt etiam dominus Beltraminus Imolensis, et dominus Gherardus de Fratta illustrissimi domini Alberti marchionis Estensis consilarii, et in hac parte comisarii, et dominus Otolinus illustrissimi domini Mantue vicarius, et Galeatius Sermidi potestas, et Seravalli pro dominatione sua MCCCLXXXII et differentia orta inter ecclesiarum Bondeni, et Fellonice homines pro parte quadam Vallis Arcule, qui unanimiter concluderunt, et hec sunt verba propria illorum annotata in summano differentie illius a me nunc dilligenter custodito in ducali archivio. Et Burana vera non est illa, et eadem aqua, que decurrit apud Bondenum, sed erat alia tunc, que evidenter demonstratur, et est ultra aggerem Mantuanum, nec aliter se habere posset, ut ex privilegiis pontificalibus, que sequenti libro adducemus pro confinibus nostris clarissime patebit. Et magis clare etiam comprobatur ex verbis testamenti ultimi gloriosi marchionis Almerici, cuius originalia verba adducemus sequenti libro in capite finium comitatus nostri, ubi pro parte superioris capitibus datur Bondeni, ipsius flumen Burane, quod et flumen Bondeni nuncupatur. Aliquoties etiam nominatur flumen Lucerans, quod evidenter probatur per quoddam privilegium Berengarii regis tunc moram habentis in Ticinensi urbe de anno Domini DCCCIII; quo privilegio conceditur Goptifredo episcopo Mutinensi ad preces Petri episcopi Regiensis quadam terram sui ipsius positam in loco curie Quarantullarum, ubi designando confines inter alia sunt ibidem hec verba formalia, videlicet: Cum portibus, qui Guardiuncula Monzuena nuncupatur, et ripatico Lucerantis fluminis, quod nominatur Bondeno. Quod quidem privilegium est penes canonicos Mutinenses in publica forma.

Offro altri esempi significativi, sempre limitatamente la territorio di Bondeno: cap. XXXVIII:

Canalis Spini ea est cuius alveum, et nomen retinere hoc etiam tempore cernimus dossum Inferni preterlabentem inter Bondeni fluminis vestigia iam dicta, et Padi Larionis, seu Sancte Crucis locum defluere, et in Bondenum, et Buranam ut prediximus tandem finire. Distat enim ab ipso Burane seu Bondeni fluvio Sermidum versus et dictum Sancte Crucis locum passibus M.

Cap. XXXIX:

Scilla igitur, quem Scitullam nonnulli, Saiclamm appellarunt, aliqui Scilulam, priori tempore planitiem ingressus in Rissoli valles sese exonerabat, ut credimus. Post autem Padi Larionis, et paludum illarum apparentes alluviones cursum suum a Marete agro inter Herberiam, nunc Ruberiam, et Campum Gallianum direxit, scissisque Gavelli, et Burane fluvii, et Novellarie finibus preteritis, et medios inter Burane, et Gavelli campos presumens crebris revolutionibus, et pertransito iterum Burane, et Bondeni iam solo flumine, et canale Spini in Padum Larionis prope Sancte Crucis locum, et valles sese demergebat, paludes illas omnes replens. Et hunc cursum satis clarum reddunt privilegia Caroli, Berengarii, et Federici supra adducta ecclesie Regiensi concessa, et inquisitio prealegata finium Mutinensium, Blondique verba preposita.

Cap. XLI. De Rubicone et Spini mottis, et de mottiolis Mantuanum aggerem assequentibus, ubi de aggere ipso Mantuano.

Rubiana motta, quam priores Bondeni piscatores posuerunt citra Rotundule canalem passibus CCC fere pro exsicandis retibus, ubi et casiunculas suas habuerunt piscatorias. Spini autem motta, sive tomba descendentibus nobis a Donegatorum canale, et ascendentibus fluvium Bondeni versus, nobis occurrit, citra tamen Bondenum ipsum, nec longe tamen ab illius corrigio, sed huic superior est Rubiana, non enim in eadem linea sunt ad Padum enim Rubiana magis se inclinat. Mottiole autem sunt, quas Mantuani, et Ferrarienses posuerunt olim concordēs ad perpetuam finium comunem declerationem prope locum, ubi postea aggerem elevaverunt, quem primi illi domini Ruberii, et posteriores aggerem Mantuanum dixerunt in Stellate vici, et arcis Ferrariensis superioribus finibus, et Quadrellarum inferioribus anno nunc CLXXXV; ut clarissime docent testes illi iurati, et examinati per supradictos comisarios, et delegatos ab illustrissimo quondam avo tuo, et excelso domino Mantue anno Domini MCCCCLXXXVIII, quorum testium nonnulli interfuerunt elevationi motiolarum ipsarum, et manibus, lembisque terram in medias aquas ipsas detulerunt; nam paludibus, et piscariis loca ea omnia tunc replebantur, fluminibus iam dictis, fossisque et canalibus regionem illam undique influentibus, et de hiis tombis, seu motis clarissime liquebit sequenti libro cap. X.

Cap. XLII. De Rottundule, et Caprarie fossis, et de fluvio Luce, et arbore Celle, et de Agerone.

Et in hiis etiam fossis, et Luce fluvio consistit, ut libro sequenti apparebit non minima pars confinium nostrorum cum Mantuanis ipsis, et Mirandulensibus, quamobrem necessarium nobis visum fuit verba aliqua de situ ipsarum facere, brevia tamen, cum pluribus satis sint nota. Rotundule canalis, sive fossa ea est, cuius vestigia a Bondeni, sive Burane fundo prope Spini motam videmus descendens supra Rubiane motam passibus CCC fere, et pertransita Donegatorum canale in Gavelli fluvium sese immergit.

Cap. XLV:

Ad locum autem in quo plantata fuit Ulmus ipsa spetiosa, et formosa conversi, dicere non dubitamus fuisse in ripa ulteriori Padi Larionis, in confinibus predictae vallis Arcule districtus castrum Bondeni superioris, et agrorum Sermidi, quod clarissime demonstratur ex tabella publica finium Vallis Arcule ut supra denotatur, et etiam ex instrumento, et scriptura publica venditionis facte per monasterium Sancte Iulie civitatis Brixie Uguzzoni ferrariensi episcopo de iure Sermidi ipsius, manu Henrici notarii et scripta anno Domini MCCV die primo decembris, indictione VIII, in quo sic adnotatur: Que omnia do, cedo, ut supra legitur secundum quod extenduntur iura predicti monasterii intra hec latera, scilicet a mane iura Feloniche, et a meridie iura Bondinorum, et Muri, a sero iura Canituli, a septentrione flumen Padi percurrens. Nam si versus meridiem erant iura Bondeni, et finis eorum demonstrabatur per Ulmum ipsam necessario relinquitur eam fuisse plantatam in directo agri, et vallium Sermidi, Bondeni incolis ad meridiem Sermido ut diximus fines claudentibus, erat e regione Sermidi, unde et necessitas sic fuisse nos cogit dicere, et tenere; nam si itinerarium illud, sive M. Antonini, sive Antonini Pii, ut aliqui volunt, quod Cap. libri huius nostri adduximus a Vico Variano declarat in Sermidum deveniendum tunc fuisse si Mutinam accedere volebant vallibus, et paludibus loca reliqua omnia inferiora tenentibus, necessarium fuit a Sermido viam, et foveam illam intercipere, qua transversum meridiem versus duceretur, cum ita clare sit Vie Late, et fluvium, et canalis dividenda territoria, et in loco eodem Lombardiam a Romania dividebat, ideo relinquitur necessario quod diximus. Mirabiles autem illud, quod supra Cap. IIII polliciti fuimus scribere, et longa etas, et vita Ulmi ipsius, nam si

tempore Vitaliani pontificis erat tante amplitudinis, et magnitudinis, et spetiosa ut meruerit haberi pro tanto fine, et tempore Lucii Romani pontificis, ut iam diximus etiam florebat, et formositatem suam nomine retinebat, pro mirabili quoddam haberi videtur, ab eo enim Vitaliani pontificis tempore ad Lucium intra numerantur anni DCLXXXIII, et hi sunt etiam tempus perfecti status, omissis annis, et augmenti, et declinationibus. Non est tamen admirationis tante arbor hec nostra, quanta illa de qua scribit Iosephus libro V *De bello Iudaico* apud Hebron mancipiam inquit: Cernitur autem VI ab oppido stadio arbor maxima Terebinthus, eamque ab initio mundi creatam nunc usque durare volunt. Et in Ulmi ipsius sermone hoc nostro preterito dubium illud, quod nobis sese obtulit. Nam si Adrianus pontifex et Carolus Magnus imperator fines posuerunt Romanie, et Lombardie, ut supra docuimus, quomodo Vitalianus, qui fuit tot annis ante Adrianum potuit in eo privilegio suo scribere: Cernes finis Romanie designatus et Longobardie? Sed quia possumus respondere, sive quod verba illa non fuerunt pontificis ipsius, sed allegati illius interpretis, aut quod et reges ipsi Longobardorum regiones eas occupantes sic ipsas tenuerunt, et terminarunt, Romaniam nuncupantes, que Romam versus sese extenderet, et sic Adrianum, et alios metas iam datas ab aliis secutos fuisse, aliter rem ipsam non disputabimus.

A questo punto, dopo la presentazione della materia, immediatamente trasparente circa il metodo impiegato, si dovrebbe per parte nostra procedere oltre, ad una fitta analisi dei dati offerti dal Prisciani al fine di accertarne rigore, legittimità delle deduzioni, ampiezza e profondità del quadro complessivo; ma è compito che siamo costretti a rimandare ad uno studio successivo, poiché non sarebbe in alcun modo possibile limitarsi, come ci sarebbe concesso qui, al solo territorio bondenese.

La storia, ancora con una promessa che speriamo non fallace, continua.

Gabriele Zanella
(Università di Pavia)